

habentium eos aut retinentium publicationi subiectae, fisco applicabuntur, ipsi vero et dignitatibus et militiis, quas habent, expellentur, milites vero et foederati, qui eis post dilationem observaverint, non solum militia spoliabuntur, sed etiam ultima sustinebunt supplicia. Scientibus etiam uniuscuiusque provinciae iudicibus, quia, si aliqui inveniuntur in locis, quae sub his sunt exactoribus aut convictoribus aut personis aliquibus (1) aut dominiis, aut possessionibus, aut quibuslibet propriis utilitatibus permanentes, et non celeriter istos (2) comprehenderit et suppliciis subdiderint, et milites quidem ad numeros suos transmittant, in quibus militant, foederatos vero ad proprias optiones, ipsi decem librarum auri poenam exigentur, et insuper exsilio tradentur, utpote nostras iussiones praesumentes negligere. Nemo igitur neque divino quodam typo de hoc forsitan facta, neque praecipitis iudicum utatur, neque aliquis nostrorum iudicum huiusmodi aliquos typos aut praecipitones iudicum suscipiat, sed cum omni celeritate militantes quidem ad proprios numeros, foederati vero ad suas optiones revertantur, et pro communibus certent rebus; nullo enim modo de cetero concedimus nostros milites aut foederatos in quibusdam omnino privatis utilitatibus occupari.

Epilogus

Quae igitur placuerunt nobis et per praesentem manifestata sunt legem tua eminentia praecognoscens, in hac quidem felicissima civitate edictis secundum morem propositis, in provinciis vero praecipitibus destinatis omnibus manifesta constituere festinet.

Dat. Id. Apr. Constant. imp. DN. IUSTINIANI PP. Aug. anno XVI., BASILIO V. C. Cons. [542.]

CONST. CXIII (3)

UT LICEAT MATRI, ET AVIAE, ET ALIIS PARENTIBUS POST LEGITIMAM PARTEM LIBERIS DERELICTAM QUO MODO VOLUERINT RESIDUAM FACULTATEM (4) SUAM DISPONERE, ET ALIA CAPITULA PLURA (Coll. VIII. tit. 13.)

Imp. IUSTINIANUS Aug. THEODOTO, *Orientalium Praetorium Praefecto.*

Praefatio

Diversis capitulis ad nos relatis, necessarium esse perspeximus generali haec (5) lege disponere.

Cap. I

Sancimus igitur, licentiam esse et matri, et aviae,

(1) quae ab his exactoribus aut convictionibus aut personis aliquibus, *el cód. Hamb.*; quae ab his exactoribus aut convictoribus aut personis aliquibus, *Trid.*

(2) ipsos, en lugar de istos, se lee en el *ód. Hamb.*, y *Trid.*

(3) El texto griego (Novela CXVII.) se halla en *Hal.* y

dades, serán ciertamente aplicados al fisco, sujetos á confiscación, los bienes de los que los tengan ó los retengan, y ellos mismos serán expulsados así de las dignidades como de las milicias, que tienen, y que los militares y los federados, que después del plazo les hubieren servido, no solamente serán despojados de su milicia, sino que sufrirán también los últimos suplicios. Teniendo también entendido los jueces de cada provincia, que, si en los lugares, que dependen de ellos, se hallaran algunos que permanecen al servicio de los recaudadores ó de los que están con ellos, ó de algunas personas, ó de dominios, ó de posesiones, ó de algunas conveniencias particulares, y no los prendieren inmediatamente y los sujetaren á los suplicios, y no enviasen ciertamente á los militares á los propios cuerpos en que militan, y á los federados á sus propios puestos, se les exigirá á ellos mismos la pena de diez libras de oro, y serán además enviados al destierro, como por atreverse á desatender nuestras órdenes. Así, pues, nadie se valga ni de alguna divina disposición dada acaso sobre esto, ni de mandatos de los jueces, ni ninguno de nuestros jueces acepte disposición alguna de esta naturaleza ó tales mandatos de jueces, sino vuelvan ciertamente con toda celeridad los que militan á sus propios cuerpos, y los federados á sus puestos, y combatan por el bien común; porque de ningún modo queremos que en lo sucesivo se ocupen nuestros militares ó federados absolutamente en ninguna conveniencia particular.

Epilogo

Por tanto, conociendo antes tu eminencia lo que nos ha parecido bien y ha sido manifestado por medio de la presente ley, apresúrese á hacerlo manifiesto á todos, en esta felicísima ciudad, ciertamente por edictos expuestos según costumbre, y en las provincias por órdenes enviadas á ellas.

Dada en Constantinopla el día de los Idus de Abril, en el año décimo sexto del imperio del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, bajo el consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [542.]

CONSTITUCION CXIII

DE QUE LES SEA LÍCITO Á LA MADRE, Y Á LA ABUELA, Y Á OTROS ASCENDIENTES, DESPUÉS DE HABERLES DEJADO LA PORCIÓN LEGÍTIMA Á SUS DESCENDIENTES, DISPONER DE SUS RESTANTES BIENES DEL MODO QUE QUISIEREN, Y DE OTROS MUCHOS CAPÍTULOS (Colección VIII. título 13.)

El Emperador JUSTINIANO, Augusto, á THEODOTO, *Praefecto de los Praetorios de Oriente.*

Praefacio

Habiéndonos dado cuenta de diversas materias, hemos considerado que era necesario disponer esto sobre ellas por una ley general.

Capítulo I

Mandamos, pues, que tengan licencia así la ma-

Spring.—*Athan. X. 9.*—*En las Bas. se hallan dispersas muchas partes de esta Novela.*—*Iulian. Const. 108.*—*La versión latina es glosada.*

(4) quantitatem, *el cód. Hamb.*

(5) *Port.*; haec, omitela *el cód. Hamb.*; hac, en vez de haec, *Trid.*, y *Cont.*

aliisque parentibus, postquam reliquerint filii partem, quae lege debetur, quod reliquum est suae substantiae, sive in solidum voluerint, sive in partem, filio vel filiae, nepoti vel nepti, vel (1) deinceps descendentibus donare aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac definitione atque conditione, si voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habent in potestate, in his rebus neque usufructum, neque quodlibet penitus habeant participium. Haec enim et extraneis relinquere poterant, unde nulla parentibus utilitas nasceretur. Hoc itaque non solum parentibus, sed etiam omni personae licere praecipimus.

§ 1.—Res autem ita relictas sive donatas positae sub potestate personis, si quidem perfectae sint aetatis, licet sub potestate sint, licentiam habeant quo volunt modo disponere. Si vero aetate minores sint, per quem perspexerit testator aut donator haec gubernentur, donec illi, quibus donata sunt aut relictas, ad perfectam aetatem veniant; licentiam habente testatore vel donatore et matri et aviae horum, quibus res collatae sunt, ipsarum rerum si voluerit (2) gubernationem committere, licet maritis iunctae sint memoratae mulieres, ita tamen, si et ipsae huiusmodi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsitan is, qui relinquit aut donat, nullum his dispensatorem ordinaverit, aut ab eo datus huiusmodi gubernationem subire noluerit (3), aut moriatur ante, quam illi perfectae fiant aetatis, iubemus (4), iudicem competentem curatorem fide dignum cum legitima fideiussione rebus talibus ordinare, qui debeat relictas talibus personis substantiam gubernare atque custodire, donec illi ad perfectam, sicut dictum est, aetatem perveniant. In illis enim casibus legem, quae usum parentibus praebet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter huiusmodi conditio.

Cap. II

Ad hoc autem et illud sancire perspeximus, ut, si quis filium aut filiam habens de libera muliere, cum qua nuptiae consistere possunt, dicat in instrumento sive publica (5) sive propria manu conscripto, et habente subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento, sive in gestis monumentorum, hunc aut hanc filium suum esse aut filiam, et non adiecerit naturalem, huiusmodi filios esse legitimos, et nullam aliam probationem ab iis quaeri, sed omni frui eos iure, quod legitimis filiis nostrae conferunt leges, utpote ipso patre, sicut dictum est, filios proprios eos vocante. Ex hoc enim et cum eorum matre monstratur legitimum habuisse matrimonium, ut neque ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autem pater ex ipsa muliere multos filios habens uni ex eis testimonium quolibet ex praedictis praebuerit modis, sufficere ex eadem (6) muliere natis ad legitimatorum iura patris testimonium uni datum.

(1) *El cód. Hamb.; et, las ed.*

(2) *El cód. Hamb.; voluerint, en lugar de voluerit, se lee en las ed.*

(3) *aut non potuerit, adiciona Sp.*

dre como la abuela y otros ascendientes, después que les hubieren dejado á los hijos la parte que por ley se les debe, para donar ó también dejar por última voluntad lo restante de sus propios bienes, ya si quisieren en totalidad, ya si en parte, á su hijo ó á su hija, á su nieto ó nieta, ó á sus demás descendientes, con la limitación y condición, si quisieren, de que el padre, ó los que en todo caso los tienen bajo su potestad, no tengan en estos bienes ni el usufructo, ni absolutamente participación alguna. Porque estos bienes se los podían dejar también á extraños, con lo que no nacería ninguna utilidad para los ascendientes. Y así, mandamos, que esto sea lícito no solamente á los ascendientes, sino también á toda persona.

§ 1.—Mas de las cosas así dejadas ó donadas á personas constituidas bajo potestad, si estas fueran ciertamente de edad cumplida, tengan, aunque estén bajo potestad, licencia para disponer del modo que quieran. Pero si fueran menores de edad, sean administradas por quien hubiere querido el testador ó el donante, hasta que lleguen á la edad cumplida aquellos á quienes les fueron donadas ó dejadas; teniendo licencia el testador ó el donante para encomendar, si quisiere, la administración de las mismas cosas así á la madre como á la abuela de aquellos á quienes fueron conferidas las cosas, aunque las mencionadas mujeres estén unidas á sus maridos, pero con tal que también ellas mismas quisieren aceptar esta administración. Mas si acaso el que las deja ó dona no hubiere nombrado administrador para ellas, ó el nombrado por él no quisiere desempeñar tal administración, ó muriese antes que aquellos llegaran á la edad cumplida, mandamos que el juez competente nombre para tales bienes con legitima fianza un curador fidedigno, que deba administrar y custodiar para tales personas los bienes dejados, hasta que aquellas lleguen, según se ha dicho, á la edad cumplida. Porque en los casos en que no se impone especialmente tal condición queremos que se observe la ley, que les da á los padres el usufructo.

Capítulo II

Pero además de esto nos ha parecido bien sancionar también, que si alguno teniendo de una mujer, con la cual se pueden celebrar nupcias, un hijo ó una hija, dijera en un instrumento escrito de mano ó pública ó propia, y que tenga la firma de tres testigos fidedignos, ó en testamento, ó en actuaciones hechas, que éste ó ésta era su hijo ó su hija, y no hubiere agregado natural, sean legítimos tales hijos, y no se requiera de ellos ninguna otra prueba, sino que disfruten ellos de todos los derechos que á los hijos legítimos confieren nuestras leyes, puesto que su mismo padre los llama, según se ha dicho, hijos propios. Porque con esto se prueba también que tuvo matrimonio legítimo con la madre de ellos, de suerte que tampoco se requiera de ella otra prueba para testimonio de las nupcias. Mas si el padre que tiene muchos hijos de la misma mujer le hubiere dado testimonio á uno solo de ellos de cualquiera de los susodichos modos, les basta á los nacidos de la misma mujer para los derechos de los legítimos el testimonio del padre dado á uno solo.

(4) *tunc iubemus, Sp.*

(5) *publice, el cód. Hamb.*

(6) *sufficere et aliis ex eadem, Bk.*

Cap. III

Hoc quoque praesenti constitutioni perspeximus adiiciendum, ut, si quis ex non scripto per affectum nuptialem uxorem acceperit, et ex ea filios procreaverit, soluto autem matrimonio contingat eum etiam aliam ducere coniugem cum dotalibus instrumentis, et ex ea similiter filios procreare, nullum circa paternam hereditatem aliis filiis ex indotata coniuge natis praeiudicium fieri, sed cum aliis filiis ex secunda natis uxore, quae cum dotalibus instrumentis copulata est, ad patris etiam illos hereditatem vocari, quum etiam ex solo affectu possit consistere matrimonium. Quod similiter valere volumus, etiam si prius quidem cum dotalibus instrumentis iungatur aliquis uxori, post illam vero alteram ducat solo nuptiali affectu.

Cap. IV

Quia vero legem dudum protulimus, iubentem aut dotalia fieri documenta, aut alias probationes procedere factas apud ecclesiae defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certe sacramenta praebere, in praesenti perspeximus melius disponere ea, quae de his pridem sancita sunt. Et propterea iubemus, eos, qui maximis dignitatibus decorati sunt, usque ad illustres, non aliter nuptias celebrare, nisi dotalia scribantur instrumenta, nisi tamen aliquis ante, quam mereretur huiusmodi dignitates, ex affectu solo duxit uxorem. Tales enim nuptias ante dignitates factas et post dignitates legitimas manere praecipimus, et ex his natos legitimos esse filios; postquam vero honorati fuerint aliqui huiusmodi dignitatibus, non aliter ducere uxores, nisi cum dotalibus instrumentis. Hanc autem legis subtilitatem concedimus subiectis nostrae reipublicae barbaris, licet dignitatibus huiusmodi decorati sint, ut etiam sub (1) affectu possint ipsi volentes contrahere nuptias. Reliquos autem omnes, praeter eos, qui maximis, sicut dictum est, dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sint dignitatis, aut militiae, aut studii, si quidem voluerint aut potuerint, non prohibemus (2) cum dotalibus instrumentis ducere uxores. Si autem etiam hoc non custodierint, et ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, et ex eis natos legitimos esse filios iubemus.

Cap. V

Quia vero legem dudum posuimus praecipientem, ut, si quis uxorem aliquando sine dotalibus acceperit, cum affectu (3) nuptiali et hanc sine causa legibus agnita proiecerit (4), accipere eam quartam partem substantiae eius, et aliam post hanc fecimus legem, decernentem, si quis indotatam uxorem per affectum solum acceperit, et usque ad mortem cum ea vivens praemoriatur, accipere similiter et eam quartam illius substantiae portionem, ita tamen, ut non transcendat hoc centum

(1) sub, omittela el cód. Hamb. Acaso se deberta escribir ut etiam solo affectu.

(2) El cód. Hamb.: eos, aditonan las ed.

Capítulo III

Asimismo nos ha parecido bien que se debe añadir á la presente constitución, que si con afecto nupcial hubiere alguien tomado sin escritura mujer, y de ella hubiere procreado hijos, pero disuelto el matrimonio aconteciera que él tomaba también otra cónyuge mediando instrumentos dotales, y que igualmente procreaba de ella hijos, no se les origine respecto á la herencia paterna ningún perjuicio á los otros hijos nacidos de la cónyuge indotada, sino sean llamados también ellos á la herencia del padre con los otros hijos nacidos de la segunda mujer, que se unió con instrumentos dotales, puesto que el matrimonio puede existir también por el solo afecto. Lo que queremos que tenga igualmente validez, también si antes ciertamente se uniera alguno á una mujer con instrumentos dotales, y después tomara otra con solo el afecto nupcial.

Capítulo IV

Mas como hace poco promulgamos una ley que dispone que ó se hagan documentos dotales, ó se ejecuten otras pruebas hechas ante los defensores de la iglesia, por medio de las que compete que se confirmen las nupcias, ó se presten ciertamente juramentos, al presente hemos determinado disponer mejor lo que sobre esto se habia sancionado antes. Y por ello mandamos, que los que están decorados con las mayores dignidades, hasta la categoría de ilustres, no celebren nupcias de otro modo, sino si escribieran instrumentos dotales, á no ser, sin embargo, que alguno haya tomado mujer solamente con el afecto, antes de obtener tales dignidades. Porque mandamos que tales nupcias realizadas antes de las dignidades subsistan también como legítimas después de las dignidades, y que sean legítimos los hijos nacidos de ellas; mas después que algunos hubieren sido honrados con tales dignidades, no tomen mujer de otro modo, sino con instrumentos dotales. Mas esta escrupulosidad de la ley se la dispensamos á los bárbaros, súbditos de nuestra república, aunque estén revestidos de tales dignidades, á fin de que queriendo ellos puedan contraer nupcias también con el afecto. Pero á todos los demás, excepto los que según se ha dicho, están decorados con las más grandes dignidades, de cualquier dignidad, ó milicia, ó cargo que sean, no les prohibimos, si verdaderamente quisieren ó pudieren, que tomen mujer con instrumentos dotales. Mas si tampoco hubieren observado esto, mandamos que sean válidas también las nupcias celebradas por el solo afecto, y disponemos que sean legítimos los hijos nacidos de ellas.

Capítulo V

Pero como establecimos hace poco una ley que dispone que si alguien hubiere tomado alguna vez mujer sin instrumentos dotales, con afecto nupcial, y la hubiere repudiado sin causa reconocida por las leyes, reciba ella la cuarta parte de los bienes de él, y después de esta hicimos otra ley, que ordena que si alguno hubiere tomado, indotada, mujer por el solo afecto, y premuriere habiendo vivido con ella hasta la muerte, recibiera igualmente también ella la cuarta parte de los bienes de él, pero de

(3) El cód. Hamb.; solum, adicionan las ed.

(4) etecerit, Bk.

librarum auri quantitatem, in praesenti melius utramque legem disponentes sancimus, in utroque casu ex talibus matrimoniis natos filios legitimos esse et ad paternam vocari hereditatem, uxorem autem ex utroque horum casuum, si quidem usque ad (1) tres habuerit filios eius vir sive ex ea, sive ex alio matrimonio, quartam partem (2) ex substantia viri accipere. Si autem amplius fuerint filii, tantum in utroque similiter casu accipere iubemus mulierem, quantum uni competit filiorum, ita quippe, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat, dominium autem illis filiis servetur, quos ex ipsis nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, iubemus, etiam dominii iure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per praesentem iussimus legem. Quae tamen irrationabiliter exclusae est, in ipso tempore expulsionis partem iubemus accipere, quae continetur hac lege. Virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus.

Cap. VI

Illo indubitanter observando, ut Leonis pie memoriae constitutio in omnibus aliis casibus, qui non continentur praesenti lege, propriam habeat fortitudinem. Constantini vero pie memoriae legem ad Gregorium scriptam, et super ea factam interpretationem a Martino pie memoriae, per quam mulierum coniunctiones, quas Constantini lex abiectas vocavit, ad quosdam dignitatibus decoratos prohibentur, nullo penitus modo valere permittimus, sed licentiam volentibus praebemus, etsi quibuslibet magnis dignitatibus decorentur, huiusmodi mulieres cum dotalibus instrumentis sibimet copulare. Reliqui vero, citra eos, qui maioribus dignitatibus decorati sunt, licentiam habebunt huiusmodi mulieres accipere, sive scripto voluerint, sive solo affectu nuptiali, si tamen liberae sint, et cum quibus licet (3) nuptias celebrare.

Cap. VII

Illud quoque disponendum esse perspeximus, ut, si quando inter maritum et uxorem nuptias solvi contigerit, ex huiusmodi (4) nati filii nullo modo laedantur ex separatione nuptiarum, sed ad parentum hereditatem vocentur, ex patris substantia indubitanter alendi. Et si quidem pater occasione separationis praebeat, et mater ad secundas non venerit nuptias, apud matrem nutriantur, expensas patre praebente. Si vero per causam matris ostendatur solum matrimonium, tunc apud patrem maneant filii et alantur. Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrem vero locupletem, apud eam pauperes filios manere et ab ea nutrirí iubemus. Quemadmodum enim filii locupletes coguntur matrem egentem alere, ita iustum (5) decernimus, et a matre locuplete filios pasci. Quod autem de alenda matre et filiis indigentibus definivimus, hoc quoque in omnibus ascen-

suerte que esta no exceda de la cantidad de cien libras de oro, mandamos al presente, disponiendo mejor una y otra ley, que en ambos casos sean legítimos los hijos nacidos de tales matrimonios, y sean llamados a la herencia paterna, pero que en uno y otro caso la mujer, si verdaderamente su marido tuviere hasta tres hijos ó de ella, ó de otro matrimonio, recibiera la cuarta parte de los bienes del marido. Pero si fueren más los hijos, mandamos que en ambos casos reciba igualmente la mujer tanto cuanto le compete á uno solo de los hijos, de suerte ciertamente que en tales bienes tenga la mujer solo el usufructo, pero el dominio se les reserve á los hijos, que hubiere tenido de las mismas nupcias. Pero si tal mujer no hubiere tenido hijos de él, mandamos que ella tenga también con derecho de dominio las cosas, que de los bienes del marido hemos dispuesto por medio de la presente ley que vayan á poder de ella. Pero la que sin razón fué repudiada, mandamos que reciba al mismo tiempo del repudio la parte que se contiene en esta ley. Porque de todos modos prohibimos que en tales casos reciba el marido la cuarta parte de los bienes de la mujer con arreglo á nuestra ley anterior.

Capítulo VI

Debiéndose observar sin duda que la constitución de León, de piadosa memoria, tenga su propio vigor en todos los demás casos, que no se contienen en la presente ley. Mas absolutamente de ningún modo permitimos que tenga validez la ley de Constantino, de piadosa memoria, dirigida á Gregorio, y la interpretación de ella hecha por Marciano, de pia recordación, por las que se prohiben las uniones de mujeres, que la ley de Constantino llamó abyectas, con algunos honrados con dignidades, sino que les damos á los que quieran licencia, aunque estén revestidos de algunas grandes dignidades, para unirse con tales mujeres mediando instrumentos dotales. Pero los demás, excepto los que están decorados con mayores dignidades, tendrán licencia para tomar tales mujeres, si quisieren, por escrito, ó por sólo afecto nupcial, si no obstante fueran libres y tales que con ellas sea lícito contraer nupcias.

Capítulo VII

También hemos creído que se debía disponer, que, si alguna vez hubiere acontecido que se disuelven las nupcias entre marido y mujer, de ningún modo sean perjudicados los hijos nacidos de tales nupcias por virtud de la separación de las nupcias, sino que sean llamados á la herencia de los padres, debiendo ser sin duda alimentados con los bienes del padre. Y si verdaderamente el padre diera ocasión á la separación, y la madre hubiere pasado á segundas nupcias, sean alimentados en poder de la madre sufragando el padre los gastos. Mas si se demostrara que por causa de la madre se disolvió el matrimonio, en este caso permanezcan y sean alimentados los hijos en poder del padre. Pero si aconteciere que el padre ciertamente no es abonado, pero que la madre es rica, mandamos que los hijos pobres queden en poder de ella y sean por ella alimentados. Porque así como los hijos ricos son

(1) *ad, omitela et cód. Hamb.*

(2) *partem, omitela et cód. Hamb.*

(3) *Et cód. Hamb.; licet, en lugar de licet, se encuentra en las ed.*

(4) *nuptias, adición Bk. en su ed. estereotipada, siendo de creer que después de huiusmodi ha desaparecido la palabra matrimonio.*

(5) *El cód. Hamb., y Trid.; esse, adicionan Port., y Cont.*

dentibus descendentibusque personis utriusque naturae valere praecipimus.

Cap. VIII

Quia vero plurimas in veteribus et nostris legibus invenimus causas, ex quibus facile nuptiarum solutiones fiunt, ea causa perspeximus ex his abscindere aliquas, quae nobis indignae ad solvendas nuptias visae sunt, et eas solum (1) nominatim praesenti inserere legi, pro quibus rationabiliter potest sive vir sive mulier repudium mittere. Nunc autem causas, ex quibus maritus repudium mittere sine periculo potest, et dotem uxoris lucrari, servato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus, quibus non exstantibus frui etiam proprietate (2), has esse disponimus (3):

§ 1.—Si contra imperium cogitantibus aliquibus conscia est mulier, aut etiam viro suo non indicet. Si autem vir hoc a muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quamcunque personam hoc declarare imperio, ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat occasionem.

§ 2.—Si de adulterio maritus putaverit posse suam uxorem convinci, oportet virum prius inscribere mulierem aut etiam adulterum, et si huiusmodi accusatio verax (4) ostenditur, tunc repudium misso habere virum super ante nuptias donationem etiam dotem, et ad hoc, si filios non habeat, tantum accipere ex alia uxoris substantia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur, ut eius proprietati et dos, et a nobis definita poena applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio, iubemus, etiam dotem, secundum de hoc leges (5), aliamque mulieris substantiam filiis conservari, et ita adulterum legitime convictum una cum uxore puniri. Et si quidem habeat uxorem adulter, accipere eam et dotem propriam, et propter nuptias donationem, et (6), si filios habeant (7), solo usu mulier fruat donationis, proprietate secundum leges filiis servanda; aliam vero mariti substantiam eius filii ex nostra largitate donamus. Filiis autem non existentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus, aliam vero mariti substantiam omnem fisco secundum antiquas applicamus leges.

§ 3.—Si quolibet modo mulier vitae viri fuerit insidiata, aut aliis hoc facientibus conscia (8), viro non indicaverit.

§ 4.—Si cum viris extraneis nolente marito convivatur, aut cum eis lavatur.

§ 5.—Si nolente viro foris domum manserit, nisi forsan apud proprios parentes.

(1) *El cód. Hamb.*; solummodo, *las ed.*

(2) filiis aut filiabus non exstantibus frui etiam proprietatem, *el cód. Hamb.*; por lo que se puede hacer fácilmente esta corrección: filiis aut filiis non exstantibus frui (eum) et proprietate.

(3) *El cód. Hamb.*; decernimus, *las ed.*

(4) *El cód. Hamb.*; esse, *adicionan las ed.*

obligados á alimentar á la madre pobre, así también decretamos que es justo que los hijos sean alimentados por la madre rica. Mas lo que hemos determinado respecto á la madre, que ha de ser alimentada, y á los hijos indigentes, mandamos que tenga validez también en cuanto á todas las personas ascendientes y descendientes de ambos sexos.

Capítulo VIII

Mas como en las leyes antiguas y en las nuestras hallamos muchas causas, por las que con facilidad se hacen las disoluciones de las nupcias, hemos determinado por tal motivo separar de ellas algunas, que nos han parecido indignas para disolver las nupcias; é insertar determinadamente en la presente ley solamente aquellas por las que con razón puede el marido ó la mujer enviar el repudio. Mas disponemos en la actualidad que las causas por las que el marido puede enviar sin peligro el repudio, y lucrar la dote de la mujer, reservándoseles sobre ella el dominio á los hijos ó á las hijas del mismo matrimonio, y, no existiendo éstos, disfrutar también de la propiedad, sean estas:

§ 1.—Si maquinando algunos contra el imperio la mujer fuera sabedora, ó también si no se lo indicara á su marido. Mas si el marido hubiere callado esto que le fué denunciado por su mujer, séale lícito á la mujer declarárselo por medio de cualquier persona al imperio, de suerte que el marido no halle por esta causa ninguna ocasión de repudio.

§ 2.—Si el marido creyere que su mujer podía ser convicta de adulterio, es conveniente que el marido acuse antes á la mujer ó también al adúltero, y si se prueba que tal acusación es veraz, en este caso tenga el marido, habiendo enviado el repudio, además de la donación antenuptial, también la dote, y además de esto, si no tuviera hijos, reciba de los otros bienes de la mujer tanto cuanto se conoce que es la tercera parte de la dote, de suerte que se apliquen á propiedad suya así la dote como la pena definida por nosotros. Pero si hubiere tenido hijos del mismo matrimonio, mandamos que se conserven para los hijos también la dote, con arreglo á las leyes dadas sobre esto, y los demás bienes de la mujer, y que de este modo se castigue juntamente con la mujer al adúltero legalmente convicto. Y si ciertamente el adúltero tuviera mujer, reciba ésta su propia dote y la donación por causa de las nupcias, y si tuvieran hijos, disfrute la mujer del solo usufructo de la donación, debiéndoseles conservar la propiedad á los hijos con arreglo á las leyes; pero los otros bienes del marido se los donamos por liberalidad nuestra á los hijos. Mas no existiendo hijos, mandamos que la propiedad de la donación antenuptial le competa ciertamente á la mujer, pero todos los demás bienes del marido los aplicamos al fisco con arreglo á las antiguas leyes.

§ 3.—Si la mujer hubiere atentado de cualquier modo á la vida del marido, ó sabiendo que otros hacían esto no se lo hubiere indicado al marido.

§ 4.—Si, no queriendo el marido, comiera con hombres extraños ó con ellos se bañara.

§ 5.—Si, no queriendo el marido, se quedare fuera de su casa, á no ser quizá en casa de sus propios padres.

(5) secundum ex hoc leges, *el cód. Hamb.*; secundum quod de hoc leges, *Trid.*; secundum quod de hoc consent leges, *Port.*, y *Cont.*

(6) ut, *Bk.*

(7) *El cód. Hamb.*; habeat, *las ed.*

(8) *El cód. Hamb.*, y *Trid.*; consentiens, *Port.*, y *Cont.*

§ 6.—Si circensibus, aut theatris, aut amphitheatris interfuerit ad spectandum, ignorante aut prohibente viro.

§ 7.—Si vero contigerit aliquem citra unam praedictarum causarum uxorem suam a domo propria expellere, ut (1) illa non habens parentes, apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte, iubemus, nullam esse marito licentiam propter causam hanc repudium mittere uxori, eo quod ipse huius rei auctor existat.

Cap. IX

Causas autem, pro quibus rationabiliter potest viro a muliere mitti repudium, ex (2) quibus potest et dotem recipere, et propter nuptias donationem exigere, similiter filiis servanda donationis proprietate, aut filiis non exstantibus habere etiam huius (3) dominium, has esse solas disponimus:

§ 1.—Si contra imperium aut ipse cogitaverit aliquid, aut cogitantibus conscius non indicaverit imperio aut per se, aut per quamcumque personam.

§ 2.—Si quolibet modo vir insidiatus fuerit vitae mulieris, aut aliis hoc volentibus sciens non manifestaverit uxori, et studuerit secundum leges ulcisci.

§ 3.—Si maritus uxoris castitati insidiatus, aliis etiam eam adulterandam tentaverit tradere.

§ 4.—Si vir de adulterio inscripserit uxorem, et adulterium non probaverit, licere mulieri volenti etiam pro hac causa repudium destinare viro, et recipere quidem propriam dotem, lucrari autem et antenuptialem donationem, et pro huiusmodi calumnia, si filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum secundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri substantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit, iubemus, omnem viri substantiam filiis conservari, firmis manentibus, quae de antenuptiali donatione aliis legibus continentur, ita tamen, ut etiam propter illatam adulterii accusationem et non probatam, illis quoque maritus subdatur supplicii, quae esset passura mulier, si huiusmodi fuisset accusatio comprobata.

§ 5.—Si quis in sua (4) domo, in qua cum sua coniuge commanet, contemnens eam, cum alia inveniatur in ea domo manens, aut in eadem civitate degens in alia domo cum alia muliere frequenter manere convincitur, et semel et secundo culpatus aut per suos parentes, aut per mulieris, aut per alias aliquas fide dignas personas, huiusmodi luxuria non abstinuerit, licere mulieri pro hac causa solvere matrimonium, et recipere datam dotem et antenuptialem donationem, et pro tali iniuria tertiam partem aestimationis, quam antenuptialis facit donatio, ex eius substantia percipere, ita tamen, ut, si filios habuerit, usu solo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione et poena tertiae portionis mariti substantiae acceperit, dominio communibus filiis conservando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem praecipimus.

(1) *El cód. Hamb.; ut et, Trid.; et, Port., y Cont.*

(2) *et ex, Bk. ed. stereotipada.*

(3) *El cód. Hamb.; huiusmodi, las ed.*

§ 6.—Si asistiere á los juegos del circo, ó á los teatros, ó á los anfiteatros como espectadora, ignorándolo ó prohibiéndoselo su marido.

§ 7.—Mas si aconteciere que alguien echa de su propia casa á su mujer sin una de las susodichas causas, de suerte que, no teniendo ella padres en cuya casa pueda quedarse, pase por necesidad fuera la noche, mandamos que no tenga el marido licencia alguna para enviar por esta causa el repudio á su mujer, porque él mismo es el causante de esto.

Capítulo IX

Mas disponemos que las causas por las que con razón se puede enviar por la mujer al marido el repudio, y por las que puede recibir la dote, y exigir la donación por causa de las nupcias, debiéndoseles reservar igualmente á los hijos la propiedad de la donación, ó tener, no quedando hijos, también el dominio de ella, sean estas solas:

§ 1.—Si él mismo hubiere maquinado alguna cosa contra el imperio, ó sabedor de que otros la maquinaban no la hubiere indicado al imperio, ó por sí, ó por medio de cualquier persona.

§ 2.—Si de cualquier modo hubiere atentado á la vida de su mujer, ó sabiendo que otros querian hacer esto no se lo hubiere manifestado á su mujer, y no hubiere tratado de defenderla con arreglo á las leyes.

§ 3.—Si el marido habiendo atentado á la castidad de su mujer hubiere intentado entregarla también á otros para que cometiera adulterio.

§ 4.—Si el marido hubiere acusado de adulterio á su mujer, y no hubiere probado el adulterio, séale lícito á la mujer, si quisiera, enviar también por esta causa el repudio á su marido, y recobrar ciertamente su propia dote, y lucrarse también la donación antenuptial, y por tal calumnia, si no tuviere hijos del mismo matrimonio, reciba la mujer, en propiedad, de los demás bienes del marido, tanto cuanto se conozca que es la tercera parte de la donación antenuptial. Mas si tuviere hijos, mandamos que se conserven para los hijos todos los bienes del marido, subsistiendo en su vigor lo que respecto á la donación antenuptial se contiene en otras leyes, pero de suerte que también por causa de la acusación de adulterio, presentada y no probada, quede asimismo sujeto el marido á los suplicios, que hubiera de haber sufrido la mujer, si se hubiese probado tal acusación.

§ 5.—Si se hallara que alguno despreciando á su cónyuge en su misma casa, en la que habita con ella, está en casa con otra, ó fuera convicto de que viviendo en la misma ciudad permanece con frecuencia en otra casa con otra mujer, y reprendido una y dos veces por sus propios padres, ó por los de la mujer, ó por algunas otras personas dignas de fe, no se hubiere abstenido de tal luxuria, séale lícito á la mujer disolver por esta causa el matrimonio, y obtener la dote dada y la donación antenuptial, y percibir de los bienes de él por causa de tal injuria la tercera parte de la estimación, á que asciende la donación antenuptial, pero de suerte que, si tuviere hijos, la mujer disfrute del sólo uso de los bienes, que por la donación antenuptial y por la pena de la tercera parte de los bienes del marido hubiere recibido, debiéndoseles conservar el dominio á los hijos comunes. Mas si no tuviere hijos del mismo matrimonio, mandamos que tenga ella la propiedad de tales bienes.

(4) *es, Sp.*

Cap. X

Quia vero et (1) ex consensu aliqui usque ad praesens alterna matrimonia solvebant, hoc de cetero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidam castitatis concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personae filios habuerint, tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filiis conservari disponimus. Si quis autem horum, aut maritus forsan aut uxor, postquam propter castitatem ex consensu solverit matrimonium, inveniatur alias contrahens nuptias, aut luxuriose vivens, iubemus, si quidem, sicuti dictum est, filii fuerint ex memorato coniugio, super dotem et propter nuptias donationem eis tradi et proprietatem pene (2) substantiae illius, quae convincitur deliquisse, personae. Si vero filii (3) minoris sint aetatis, gubernari eos et pasci ab illo parente praecipimus, qui nihil praesenti legi contrarium egerit. Si autem ambo parentes in huiusmodi vitium incidant, tunc utriusque parentis substantiam filiis applicari, dispensatorem autem eis, qui in minore sunt aetate (4), ordinari providentia competentis iudicis, et aliorum, quibus haec ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filii non sint, utriusque personae substantiam fisci rationibus applicari, et eos, qui talia deliquerunt, legitimis subditi suppliciis. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu nulla ratione permittimus.

Cap. XI

Quod autem a nobis sancitum est de iis, qui in expeditionibus sunt et in militiis constituti, sive milites sint, sive federati, sive scholares, sive alii quidam sub alia quacunque militia armata constituti, melius ordinare perspeximus. Et iubemus, quantoscunque annos in expeditione manserint, sustinere eorum uxores, licet nec litteras nec responsum aliquod a suis maritis susceperint. Si qua vero ex huiusmodi mulieribus suum maritum audierit esse mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias sinimus, nisi prius accesserit mulier aut per se, aut per suos parentes, aut per aliam quamcunque personam ad priores numeri chartularios (5), in quo huiusmodi maritus militabat, et eos, seu tribunum, si tamen adest, interrogaverit, si pro veritate mortuus est eius coniux, ut illi sacris evangeliiis sub gestis monumentorum deponant, si pro veritate vir mortuus est. Et postquam haec gesta monumentorum confecta mulier pro suo testimonio perceperit, etiam post haec (6) iubemus manere eam per unius anni spatium, ut etiam (7) post hunc decursum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem praeter hanc observationem mulier praesumerit ad aliud venire matrimonium, et ipsa, et qui ducit eam uxorem, velut adulteri puniantur. Si autem qui sub gestis monumentorum cum iureiurando testati sunt, convincantur etiam postea falsum (8) deposuisse testimonium, ipsi quidem militia denudati decem auri librarum poenam compellantur exsolvere illi,

(1) *El cód. Hamb., y Trid.; et, omitienda Port., y Cont.*(2) *plena, Bk.*(3) *filii decia el texto, sin duda por errata. N. del Tr.*(4) *El cód. Hamb.; constituti, adicionan las ed.*(5) *et chartularios, Bk.*

Capítulo X

Mas como hasta el presente algunos disolvían también por consentimiento sus mútuos matrimonios, no dejamos de ningún modo que en lo sucesivo se haga esto, á no ser acaso que algunos lo hicieren por un deseo de castidad. Pero si tales personas tuvieren hijos, disponemos que se conserve para sus hijos tanto la dote, como la donación antenuptial. Mas si se hallara que alguno de ellos, quizá el marido ó la mujer, después que por razón de castidad hubiere disuelto por consentimiento el matrimonio, contrae otras nupcias, ó vive lujuriosamente, mandamos, que si verdaderamente hubiere, según se ha dicho, hijos del mencionado matrimonio, se les entregue, además de la dote y de la donación por causa de las nupcias, también la propiedad de casi todos los bienes de la persona que fuese convicta de haber delinquido. Mas si los hijos fueran de menor edad, mandamos que sean dirigidos y alimentados por el padre ó la madre, que no hubiere hecho nada contrario á la presente ley. Pero si ambos padres incurrieran en tal vicio, en este caso apliquenseles á los hijos los bienes de ambos padres, pero nómbreseles á los que son de menor edad un administrador por providencia del juez competente, y de los demás á quienes por nuestras leyes ha sido esto encomendado. Mas si no hubiera hijos, aplíquense á las cuentas del fisco los bienes de ambas personas, y sean sometidos á los legales suplicios los que en tales cosas delinquieron. Porque por ninguna razón permitimos que de otro modo se haga por consentimiento la separación de los matrimonios.

Capítulo XI

Mas lo que por nosotros se sancionó respecto á los que se hallan en expediciones y en milicias, ya sean militares, ya federados, ya escolares, ya otros cualesquiera que se hallen constituidos en otra cualquier milicia armada, hemos determinado ordenarlo mejor. Y mandamos que sus mujeres los esperen cuantos años permanecieren en la expedición, aunque no recibieren de sus maridos cartas ni respuesta alguna. Mas si alguna de tales mujeres hubiere oído que su marido había muerto, ni aun entonces dejamos que ella pase á otras nupcias, sino si antes se dirigiere la mujer ó por sí, ó por medio de sus padres, ó por otra cualquier persona á los primeros cartularios del cuerpo, en que militaba su marido, y les interrogare á ellos ó al tribuno, si es que está presente, si en verdad murió su cónyuge, de suerte que ellos declaren en actuaciones, teniendo á la vista los sagrados evangelios, si verdaderamente murió el marido. Y después que hechas estas actuaciones la mujer hubiere recibido para su testimonio lo actuado, mandamos que también espere ella por espacio de un solo año, para que después de este término le sea lícito contraer legítimas nupcias. Mas si prescindiendo de esta formalidad la mujer se hubiere atrevido á contraer otro matrimonio, tanto ella, como el que la toma por mujer, sean castigados como adúlteros. Pero si los que con juramento atestiguaron en las actuaciones fueran también convictos después de haber prestado falso testimonio, despojados cierta-

(6) *El cód. Hamb.; hoc, en lugar de haec, se encuentra en las ed.*(7) *etiam, omitela Bk.*(8) *El cód. Hamb.; convincantur etiam falsum postea, las ed.: etiam, la suprimió Bk.*

quem mentiti sunt mortuum esse, ipse vero licentiam habeat, si voluerit, suam uxorem recipere. Si vero scholaris fuerit ille, de cuius morte dubitatio est, a primis scholae et actuario, si autem foederatus, ab optione eius memoratam depositionem accipere eius uxorem; his observandis et circa alios omnes, qui in armata militia referuntur.

Cap. XII

